



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorvm Et Poenitentivm

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De satisfactione, tertia parte Poenitentiaë. cap. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

Eum item, qui dixerit, nos non obligari iure diuino ad confitendum omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti premeditatione habemus, etiam occulta, & interna, solo voluntatis consensu absque verbis & operibus consummata, & circumstantias, quæ speciem peccati ex vna specie in aliam mutant. *d* Eum item, qui afferuerit hanc confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia feruat, esse impossibilem, vel illam habuisse originem à consuetudine, vel ordinatione Ecclesiastica, vel ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, & ob id suadendum esse eis, vt non confiteantur tempore Quadragesime. *e* Vel, quod non est bonum confiteri peccata venialia. *f* Quod fit, vt temerarium sit aliquorum laicorum iudicium, qui iudicant Clericos, & Religiosos toties peccasse mortaliter, quoties vident eos confiteri, quod sæpe prædicari deberet ad seruandam famam illorum, qui frequentant confessionem, etiam cum eis non est necessaria, & ad eos in id animandum, ne tam pium, & salutare opus omittant, quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerentur, vel crederentur ab eis, qui viderent eos tam frequenter confiteri, peccata mortalia confessos fuisse, & consequenter tam frequenter peccasse mortaliter. Quando autem, aut in quibus casibus confessio, quæ nulla est, debeat iterari, dicitur infra *g*.

d Cap. 5. & canon. 7.

e Cap. 5. & canon. 8. & sess. 3. cano. 9. de sacra. Eucha. f. Bod. cap. 5. & Canon. 7.

g Cap. 9. nu. 3. & sequent.

De satisfactione, tertia parte sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT III.

- 1 Satisfactio quid. Et est necessaria etiam post restitutionem 2.
- 3 Satisfactio triplex non est necessaria ob triplex genus peccati.
- 4 Satisfactio fit opere alias debito. Et cur melior imposita 5.
- 6 Satisfactio sacramentalis in mortali facta quid prodest.
- 7 Pœna peccati temporaria in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo statu facta tollatur.
- 8 Bona in malo statu facta prosunt etiam ad præuia gratia.
- 9 Satisfactio vna pensat offensam factam, altera cauet futuram.
- 10 Occasio peccandi propinqua cauenda, non remota.
- 11 Miles & mercator non tenetur necessario abstinere ab arte sua.
- 12 Occasio, quæ est propinqua peccandi vni, non semper est alteri.
- 13 Pœnitens non tenetur credere, se non peccaturum in arte sua.
- 14 Occasio propinqua studiosè definita.
- 15 Occasio de qua credendum quod raro inducet ad mortale.
- 16 Matrimonio inualido coniuncti vt possunt licite cohabitare.
- 17 Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet.
- 18 Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non absoluendus.
- 19 Concubinarum qui non possunt absolui, & qui possunt.

20 Hospite.

- 20 Hospita solita pollui cum hospite quomodo potest absolui.
- 21 Absoluenda que familiares peccantes cum cognatis, & heris: & nu. 22.
- 23 Absoluendi, qui aulici non sunt reginarum mensis presentes: & nu. 24.
- 24 Absoluendus non est miscens se carni lasciuo: & nu. 26.
- 25 Absoluendus non est qui comedit ad mortale incontinentia.
- 26 Clystera quis fundens non absoluendus.
- 27 Fœminam quis manuducens absoluendus.

a In 4. li. sen. dist. 15. q. 1. art. 1.
 b Vt in l. 1. si que satisf. cogant. & in l. si que. parag. omnis. ff. de pignor. act.
 c In c. Per. feda. de pœnit. dist. 1. & in c. satisf. de pœn. dist. 3.
 d Cap. pœn. venia. de reg. iur. li. 6.
 e In rubri. de restit. spol.
 f In 4. li. sent. dist. 15. & toto ri. de rest. spol. l. restituere ff. de verb. sig. & c. si que parag. fin. 2. q. 3. & diximus latius in dicta rub.
 h In dicta d. 21. quam ro. bat ca. sepe. de rest. spol. i In cap. satisf. de pœn. di. 3. n. 2. & lib. de compen.
 i In 4. li. sent. di. 15. q. 1. 2. 1. m. Plal. 118.
 n Cap. si res 14. q. 6. & reg. peccatum de reg. iur. l. 6.
 b In c. 1. parag. ponat se. de pœn. di. 5. & in d. c. satisf. de pœn. di. 3. & dicemus inf. c. 26.
 e In dicto ca. 16 n. 20.
 d In 4. li. sent. di. 16. & fact. ca. anima 13. q. 23.

DE satisfactione dicimus multa. *Primo*, quod satisfactio secundū Scotū a bifariā sumitur: *large* videlicet siue in genere, *b* & *strictè*, siue in specie. *c* Et *large* quidem accepta comprehendit restitutionem, quippe quæ est genus ad illam, vt innuit glossa, *d* & diximus. *e* Accepta vero *strictè* differt ab illa, quoniam restitutio est redditio rei acceptæ, vel damni illati compensatio, secundū omnes, *f* vel repositio rei in eum statū, quem habuit. *g* Neque enim est solutio ratione culpæ contra Deū commissæ, imo potius est à peccato cessatio, iuxta communem sententiam. *h* Satisfactio vero in specie accepta, nempe pro tertia parte sacramenti pœnitentiæ, definiti potest, vt nuperrime definiuimus, *i* Passio voluntaria pœna pro peccato, ad placandum Deum, cum proposito non offendendi eum amplius.

Dixi, *Passio* pro genere, & non, vt in alia editione, *Compensatio*, quia compensatio proprie non est simplex solutio, sed debiti & crediti inuicem inter se contributio, *k* qualis non videtur proprie omnis, de qua loquimur, satisfactio.

Dixi, *Voluntaria*: quia debet esse actus virtutis, vt probat S. Thomas communiter receptus, *l* & omnis actus virtutis debet esse voluntarius, iuxta illud *m* *Voluntaria oris mei beneplacita sœ Domine*.

2 Ex qua definitione *infertur* id, quod Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum temeritatem nos docet: videlicet eum, qui peccauit, non solum teneri ad restituendū damnum illatum alteri, si quod intulit; *a* verum etiam ad satisfaciendum Deo pro offensa, & iniuria ei per rebellem transgressionē eius præceptorum facta, siue alteri noceat, siue non, sicut resolute diximus, *b* nempe fore necessarium pœnitenti propositum satisfaciendi Deo in hac vita per pœnitentiā, aut indulgentiam, vel in purgatorio per pœnam. An vero teneatur sub pœna peccati acceptare pœnitentiā à sacerdote iniunctam, & ad habendum propositum satisfaciendi in hac vita, dicemus infra, *c* vbi contrarias opiniones referemus.

3 *Secundo* dicimus, satisfactionem tripliciter fieri: videlicet ieiunijs, orationibus, & eleemosynis, secundū omnes, *d* ad quas omnes aliæ satisfactiones reducuntur: quoniam vigiliæ, peregrinationes, & alia huiusmodi, quæ carnē affligūt, ieiunio adnumerantur: opera vero misericordiæ corporalia eleemosynis,

spiri-

spiritualla v
 3 Tertiò d
 cunt, scilicet
 videlicet, o
 nempe cor
 re per satisf
 & confessi
 sed solum
 Et si respon
 duo opera
 tis, licet ali
 diuersas rat
 ueniunt ad
 quibus tam
 4 Quarto d
 opera alias
 fiunt, non f
 tificiendum
 bulariones,
 ta, offerendo
 S. Tho. g qu
 5 Quinto d
 pœnitente a
 quisque spo
 nam ex diffi
 ceteris pari
 factum: iux
 6 Deinde qu
 caro mortal
 altera verò
 magis com
 eā non solu
 ad triumph
 7 Neque ob
 S. Th. & qu
 factum, est
 quod opera
 tionis Domi
 tur, nisi eius
 quia etiam i
 Ricardum,
 appello com
 ne auctorita
 necessario e
 à sacerdote
 pro tempore
 idem S. Tho

spiritualla verò orationi, secundum Scotum. e

3 Tertiò dicimus, non esse satis limitatū illud, quod multi dicunt, scilicet, quod sicut tribus modis contingit peccare, corde videlicet, ore, & opere: ita tribus modis oportet satisfacere, nempe corde per contritionem, ore per confessionem, & opere per satisfactionem; quoniam hic non agimus de contritione, & confessione, quæ sunt aliæ partes sacramenti pœnitentiæ, sed solum de satisfactione, quæ est tertia pars ab illis distincta. Et si responderis contritionem, & confessionem, quatenus sunt duo opera pœnalia, posse nuncupari species huius tertiæ partis, licet alioqui sint duæ partes eiusdem sacramenti propter diuersas rationes, replicabo, esse multa peccata quæ non perueniunt ad os, & plurima, quæ non perueniunt ad opus, pro quibus tamen omnibus est satisfaciendum.

4 Quarto dicimus, quod hæc satisfactio fieri potest per bona opera alias debita, vt copiose deducit Caietanus: sed tamen illa fiunt, non solum ad debitum persoluendum, verum etiam ad satisfaciendum pro peccato: quin etiã potest fieri per arunas, tribulationes, & flagella à Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerendo ea in recompensationem nostrarum offensarum, iuxta S. Tho. g quod postea Conc. Trid. redegit in articulum fidei. h

5 Quinto dicimus, quod satisfactio à confessario iniuncta, & à pœnitente acceptata, duplici ex causa est præstantior illa, quam quisque sponte suscipit: Primo, quia est illa magis satisfactoria; nam ex diffinitione colligitur esse quid sacramentale, quod ceteris paribus, ob sacramenti fomentum, maiorem habet effectum: iuxta ea quæ diximus. a

6 Deinde quia secundum omnes satisfactoria est, licet fiat in peccato mortali, saltem pro tempore, quo peccator ab eo surrexerit; altera verò minimè, iuxta S. Th & alios, b licet nos c opinionem magis communem Scoti & Ioan. Maioris, d tenuerimus, dicentes, eam non solum valere quoad militatem ecclesiam, sed etiã quoad triumphantem, contra distinctionem Cardinalis Caietani. e

7 Neque obstat, quod quidam dicitur opponere, quod secundum S. Th. & quosdam alios, nullum opus in statu peccati mortalis factum, est satisfactorium pro pœna peccato debita, ea ratione, quod opera nostra bona non sunt satisfactoria, nisi virtute passionis Domini nostri Iesu Christi, & quod illa non comunicatur, nisi eius amicis, sibiq; gratis: non, inquam, hoc obstat. Tunc quia etiam ipse affirmo, f id tenere S. Thom. g Bonauenturam, Ricardum, Durandum, & h Caietanum, i quorum sententiam appello communem ibi. k Tunc quod non est pro communi opinione auctoritas aliqua, cui necessario sit standum; nec ratio, quæ necessario eam euincat. Tunc quod omnes sentiunt, pœnitentiam à sacerdote iniunctam, & in peccato mortali adimpletam prodesse pro tempore quo peccator ad gratiam surrexerit. Tunc quod etiam idem S. Thomas post Magistrum l tenet m suffragia facta pro

e In præcatoro 3. lib. sent. dist. 15. q. 2.

f Tomo 1. Opusculor. Opuscul. 6. q. 2.

g In 2. l. sent. dist. 15. q. 2.

h Telli. 14. ca. 2. & 9. & cano.

i In cap. 1. ibi princ. de con. nis dist. 6. nu. 46.

k In 4. l. sent. dist. 16. q. 1. art. 2.

l In præcatoro cap. 1. in princ. nu. 46.

m In dist. 4. lib. sent. dist. 15. q. 1.

n In di. tomo 1. Opusc. Opuscul. 6. q. 1.

o In cap. 1. in princ. nu. 46. de pan. di. 6.

p In 4. l. sent. dist. 15. q. 1. art. 3.

q In ea di. 15. i in præcatoro tomo 1. Opuscul. Opuscul. 6. q. 1.

r Et in eod. c. 1. parag. sacerdos nu. 27 & seq.

s In 4. l. sent. dist. 45.

t In 2. lib. sent. dist. 4. q. 1. art. 4.

u In 4. ad 2.

defunctis ab existēte in peccato mortali, prodesse illis qui sunt in purgatorio, quod etiam Augustinus Triūphus Anconitanus asseruit, *n* quem retulimus. *o* Tum quod multi tenent, peccatum veniale posse remitti absque mortali, quorum sententiam validis argumentis munivimus. *p* Tum quod ipsemet Christus, & Apostoli eius ad preces aliquorum peccatorum sanarunt multos ægrotos, etiam antequam iustificarentur.

8 *T*ū quod rationi eorū novæ responderi potest, concedendo quidē opera nostra nō esse satisfactoria pro pœna peccato debita, nisi per virtutē quā accipiūt ex passione Christi, vt declarat sacrum Cōc. Trid. *q* & quod illa nō cōmunicatur, nisi suis amicis, sibiq; gratis, quoad gratiā & gloriā æternā, nec consequenter quoad remissionem æternæ pœnæ, vt sentit idē Conc. Trid. *r* negando tamen, quod non communicetur bene operātibus quoad pœnā temporalem, in quā, remissa culpa, commutatur æterna, vt satis sentit idem Conc. quatenus habet, eā communicari, quoad præparationem necessariā ad consequendā gratiam iustificatē, quod est maius, quam remissio pœnæ temporalis, in quam iam commutata est per remissionem culpæ. *T*um quod bona in statu peccati mortiferi facta profunt ad multa, iuxta glossā, *a* & nos quoq; post alios vtrōq; tradidimus, *b* etiam tangentiā iustificationem, qualis est præparatio ad gratiā auxiliū item speciale ad illam faciendā, vt prædictum Conc. satis probat. *t* *T*ū quod maior ratio suadet, vt communicetur quoad pœnam temporariā, quam quoad pœnam æternā, quæ commutata est in tēporalem: & communicato principali videtur communicatum accessorium. *d* *T*ū denique quod communis opinio nō facit ius, imo vnius sentētia meliore ratione fundata debet ei preferri. *e* Quare non dānantes communē, credimus hāc esse veriozem, & eā cupimus esse omnibus persuasam ad effectum implēdi pœnitentiā, & faciendī multa bona opera in malo statu peccati Cupimus autem alterā credi ad effectum magis abominādi peccata mortifera, vt horrenda monstra, eo quod secundū illā, non solum auferunt gratiā, sed etiam facultatem satisfaciēdi pro pœna temporaria peccatis iam condonatis, & venialibus debita, quod etiam insinuauimus alibi. *f*

Sexto dicimus, quod post primā editionem huius libri Conc. Trid. *g* excommunicauit eum, qui dixerit totam pœnam simul cū culpa remitti semper à Deo, ita vt non sit opus amplius quā credere Christum Dominū pro omnibus satisfecisse. Excommunicat item affirmantem, non satis facere nos Deo pro peccatis per pœnā temporalem, in quā cōmutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediātibus meritis Domini nostri Iesu Christi, nec sufferendo mala pœnæ nobis à Deo inflicta, vel à confessario iniuncta, vel à nobis spōte suscepta. *h* Excommunicauit item asserentem, satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redimūt, nō esse veros Dei cultus, sed traditiones hominum

n In summa de potestate Papa. 1. par. q. 32. art. 2. *o* In tract. de Iubileo no. tab. 22. nu. 3. & in ca. fin. n. 5. de pœn. dist. 4. *p* In præcit. parag. Sacrosanctos n. 25. & c. de quorundam n. 1. r. de pœn. dist. 3. q. 5. s. 14. c. 8. & 9. & can. 13. & 14. r. s. s. 6. ca. 8.

a Cap. quod quidam de pœn. & rem. & c. quærat. parag. quod autē de pœn. dist. 3. *b* Er in hoc Enchirid. supra præcit. nu. 3. & Iulius inf. cap. 27. n. 267.

c In dicta s. 6. cap. 7. *d* Arg. l. cum principalis, & l. nihil parag. cum principalis ff. de reg. iur. & c. accessorium de reg. iur. l. 6. c. l. 2. par. 1. g. sed nec. de veter. in eue. vnde hoc Pan. recepta tollit.

e Sub finem præcitati par. 2. g. sacer. g. sess. 4. ca. 8. & 9. & can. 21. *f* Cano. 13.

hominum, & fictam. Est t. nostræ satisf. tantur meriti. *9* *S*eptimò dic. quod satisf. habet duas p. peccato, seu quod hæc se. cause peccati confessarij gr. cisio pender. uendum pœn. surum ampli. impulsit? Alie. tum alteri oc. 10 Ad quar. postenorem. itaque primò. nibus remoti. Paulus, e esse. quid ferē in e. talis occasio. habere, & no. neos, amicos. non. *d* Nec e. ab occasionib. absolutionem. nialiter pecca. quam vtend. Responder. quis. sed qual. lem audire al. quia nemō. ciens eius de. *11* *P*rimò qu. licet sit omni. mus, aut non. S. Leo g. dicit. peccato, sua. bonum confi. tem suam reu. i quod illius. *12* *D*einde, qu. nō est alteri. iusmodi dege. puella, nequ.

hominum, & doctrinam humanitas adiuventam, gratisq; confictam. Est tamen notandum, quod ut dictum Conc. h. definit, nostrae satisfactiones non habent vim, neque efficaciam, nisi nitantur meritis Domini nostri Iesu Christi, qui eam eis tribuit.

i Cano. 14.
k in pradi.
cap. 1.

9 *Septimo* dicimus, quod cum in exordio huius capituli dicitur, quod satisfactio haec, quae est tertia pars sacramenti poenitentiae, habet duas partes, quarum una est passio voluntaria poenae pro peccato, seu offensa facta, & altera abstinentia a faciendis, & quod haec secunda pars requirit, ut B. Aug. ait, a ut excindatur causa peccandi; quarum nonnulli gravissimi & peritissimi confessarii gravissimas & quotidianas quaestiones, quarum decisio pendet ex duabus generalibus. Altera est. An ad absolvendum poenitentem sit necessarium, ut ille statuat se non visurum amplius occasione aliqua, quae illum ad peccandum impulit? Altera. An sit opus ut statuat, numquam se praebiturum alteri occasionem peccandi, quam antea praeberit.

a In c. scrip.
ta. de poen.
d. 3. & in li.
de dignitat.
Bec. cap. 54.

10 Ad quarum priorum respondebimus in hac additione: ad posteriorem vero in ea, quam faciemus infra. b Respondemus itaque *prima*, non teneri statuere numquam se visurum occasionibus remotis. Nam alioquin, sicut ad aliud propositum, inquit Paulus, e esset necesse migrare ab hoc mundo: siquidem quidquid ferè in eo est, potest esse occasio peccandi, quia potest esse talis occasio bona valetudo, & morbus, diuitiae, & paupertas: habere, & non habere uxorem, parentes, liberos, consanguineos, amicos; pax item & bellum, prospera & aduersa, & quid non. d Nec etiam tenetur statuere, se perpetuo abstenturum ab occasionibus propinquis peccati venialis, quia cum ad sui absolutionem non sit necessarium propositum numquam venialiter peccandi, ita neque erit necessarium propositum numquam utendi occasionibus sic peccandi. e

b Ad c. 14.
nu. 32.

e 1. ad Cor. 5.

Respondemus *secundo*, necessarium esse abstinere a propinquis, sed quales dicuntur huiusmodi? Respondeo, quod mallem audire alium optimè respondentem, quam respondere, quia nemo, quem viderim, id pro dignitate definit, & sufficiens eius determinatio est difficilis.

d Iuxta c. ad
occidendis,
sub fin. 23. q.
5. & ea, quae
norantur à S.
Tho. 2. 2. q. 4. 3.
art. 5.
e ar. à maio-
ri iuxta Cl. 1.
de relig. &
vener. sanct.
& c. cum cun-
ctis de elec.
f In c. nego-
cium de poen.
n. 5. & in hom.
24. in Euan-
g. In c. quali-
tas, & in cap.
contrarii de
poen. d. 5. & in
epist. 96. ad
Rusticum.
h Ut c. confi-
deret pasag.
in his omni-
bus de poen.
d. 5.

11 *Primo* quidem, quia non videtur satisfacere illa Gregorij: f licet sit omnium optima, scilicet: quod est illa, qua non possumus, aut non sine magna difficultate uti sine peccato: quoniam S. Leo g dicit difficile esse militi & negotiatori abstinere se a peccato, suam artem exercendo; & certum est, quod licet sit bonum consilium poenitenti militi, aut negotiatori, ne ad artem suam reuertatur, h non tamen est necesse, ut probauimus, i quod illius dicta continet.

i In praecita-
tis c. qualitas
& c. contra-
rium de poen.
d. 5.
k Arg. gloss. ca.
ablit. 1. q. 3.

12 *Deinde*, quia id quod uni est occasio propinqua huiusmodi, non est alteri: nam adoleceti & puellae est occasio propinqua, huiusmodi degere solos in eadem domo, & qualis tamen non est seni, & puellae, neque vetulae & adoleceti. Praeterea non est, ut plurimum,

salis

a Cap. volu-
nta, c. cum
omni 81. di.
b Cap. 1. de
cohab. cler.
& mulier.
c Ca. presby-
teros 50. dist.
d In parag. 1.
15. q. 1. & in
1. Retra. cop.
23.
e Faciunt ca.
tolerabilis,
& c. ita ne. 32.
qu. 5.
f 1. 2. q. 71. a.
5. & q. 71. a. 5.
& 21. bi
sa. pe.
g Ca. de occi-
dendis 23. q. 5.
h In c. omnis
de pœn. & re-
miss.

i Luc. 3.

k iuxta esp.
consideret.
parag. in ist.
de pœn. di. 5.
l Cap. nulli. c.
militare. 23.
q. 1. ca. quo-
piam. 24. dist.
& cruce. 5.
Ti. in 4. lib.
sent. dist. 16.
q. 4. 2a q. 2.
ocasio pec-
cati quæ vit-
anda.

talis occasio cohabitatio cum matre sua, filia, nepte aut sorore, a quandoque tamen sic. b Adire item conspectū tyranni principis Turcarū, est occasio propinqua huiusmodi deficiendi à se de homini pusillanimo & inconstanti: non tamen forti & constanti, imo est occasio martyrii. c Denique nulla occasio est, quæ nos possit cogere ad peccādū: quia vt inquit Aug. d Peccatū adeo est voluntariū, vt nullo modo peccatū sit: si non sit voluntariū, e & tradit Aquinas. f & nulla occasio est, quæ aliquando non facit peccare aliquem: & quod peius est, nullum est officium in quo, qui in eo versantur, interdum non peccent, iuxta illud: *Quid est in hominū vsu bono ac licito, vnde non possit perniciēs irrogari?* g

13 Respondemus tertio, quod, vt aliqua occasio sit huiusmodi, non satis est, vt pœnitens & confessarius credat, quod nisi pœnitens se abstineat ab ea, nonnunquam ob eam peccaturus est, etiam mortiferè in suis officijs, neque oportet id credere, vt pœnitens absoluat, iuxta Innoc. receptum: h quamquam teneatur proponere, nunquam se amplius ope diuina mortaliter peccaturum: & paucorum militum, & negotiatorū confessarij credunt illos in posterum non peccaturos mortaliter in illis suę vitę artibus, attamen, vt dictum est, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cum neque B. Ioannes Baptista præcepit i militibus ab eo quærentibus, quid facto opus esset, vt salui fierent, deserere militiam, neque Ecclesia præcipit militi, aut negotiatori, ne perseueret in suis officijs, quamuis id consulat; k imo numerat illa inter licita, tametsi periculosa. l

14 Quarto respondemus, quod occasio propinqua huiusmodi, à qua pœnitens necessario debet abstinere, atque statuere, se nunquam ea vsurum, vt à confessario absolui possit, est omnis illa, & sola, que est peccatū mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius, vel pœnitens, nunquā, vel raro, se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circumstātijs. Dixi Quod in se est peccatum mortale, vt includerem officium, & artem Necromantiæ, & scœnerandi, & alias artes & officia, quæ non possunt exerceri sine peccato mortali. Dixi, Peculiaris, ad excludendam occasionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo possumus vti licitè, credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter; hæc etenim non est talis occasio: siquidem illum, qui dixerit, eam esse talē, oportet dicere deserenda esse à pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquando peccauit, vt possit absolui, quia omnia præbent occasionem generalem peccandi, de qua credendum est, quod nonnunquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum superius dictum, cuius contrarium ibi probatū est. Dixi, Confessarius aut pœnitens, quia satis est, vt alter eorū credat, aut debeat credere. Dixi, Nunquam aut raro, vt excluderem eas, quibus frequenter vtimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissimè vtimur sine illo. Dixi, Perpensis circumstātijs.

eijs, vt significatio sit talis vt confessarius per eam est punitur eo, quod tualiter) nunquam & consequenter fera, aut peccati mortalis peribit in illo. peccatum mortale per ad sic peccat.

Ex qua defissimas, & quod quod Confessorem, qui non sunt ei similes confessarius & aliqua causa in iccto simili: à effectus, secur

15 Dixi, Regunt circumstantia peccabit pro multum rumi quod tunc pot do quatuor co Secundum, veru in ea. Tertium, in ea se inuenes fa non separan

16 Ad quod quo duo, quorum erat inual cohabitarunt i parati tantum frater, & soror se duos matris soror: licet no potentiam. C quod impoten alter esse pote turpissima esse pulam apti, su delectationi in Etus Papa, si sa expedit nimis

et significarem, quod hec possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pœnitens credat, quod nunquam, aut raro per eam est peccaturus. Huius autem definitionis probatio nititur eo, quod nemo potest absolui, nisi statuat (saltem virtualiter) nunquam se in posterum mortaliter peccaturum, & & consequenter euitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera, aut peculiaris huiusmodi, quam probabiliter credit peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud. *a* *Quis amat periculum, peribit in illo.* *b* quippe non vitare huiusmodi occasionem est peccatum mortale, at talis est occasio, qua credit, se ferè semper ad sic peccandum impulsus iri.

a Ecel 5.
b De quo late diximus in c. si quis autem n. 4. & 5. de pœn. 418. 7.

Ex qua definitione colligitur peculiaris responsio ad grauissimas, & quotidianas quæstiones nobis propositas. *Prima* est, quod Confessarius non debet regulariter absolueri pœnitentem, qui non vult relinquere occasionem, quæ ferè omnes, qui sunt ei similes, facit quasi semper mortaliter peccare. Quoniã confessarius & pœnitens debent credere, quod id quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficiet alia ei similis in alio subiecto simili: à pari enim causa in pari subiecto par produciuntur effectus, secundum doctrinam Aristotelicam. *c*

c Lib. 1. Physico.

15 Dixi, *Regulariter*, quia bene poterit, quando tales occurrunt circumstantiæ, quæ persuadent, quod nunquam, aut raro peccabit propter eam: quamuis non se abstineat ab ea, & re multum ruminata. Spirituique sancto commendata, videtur quod tunc possunt hoc credere Confessarius & pœnitens, quando quatuor concurrunt. *Primum*, vera pœnitudo præteritorum. *Secundum*, verum propositum non peccandi, cum se inuenerit in ea. *Tertium*, credulitas quod, Deo iuuante, non peccabit, cum in ea se inuenerit. *Quartum*, quod subsit aliqua rationalis causa non separandi ab ea.

16 Ad quod me mouet. *Primo*, quod occurrit mihi casus, in quo duo, quorum matrimonium ob certum occultum impedimentum erat inualidum, post susceptos liberos quatuor annis simul cohabitarunt in eadem domo expectantes dispensationem separati tantum à toro, continentes se à veneris, non secus ac frater, & soror. *Deinde* quod Papa Lucius tertius, *a* definit, posse se duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt frater, & soror: licet non valeat eorum matrimonium ob coeundi impotentiam. Cuius argumenti vim non tollet, qui responderit, quod impotentia eos à peccato præseruabat, tunc quia poterat alter esse potens, tum quod experientia constat, multa eaque turpissima esse peccata inter multos, qui tamen non sint ad copulam apti, sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de ijs quidem loquitur prædictus Papa, si satis eius verba expendantur. *Tertio*, quod non expedit nimis adstringere pœnitentem: quia qui nimis emun-

a In e. consolationi de frigid. & male.

¶ Pron. c. 30.
& eadem que
4. dist.

e In omnis
de poen. &
vota.

d. 2. q. 169
art. 2. ad 4. &
4. l. sent. dist.
16. q. 4. art. 1.
q. 3. in corpo-
re q.

e In verb. cō-
cubinatus.
f. hōdē verb.

¶ Cap. 16. nō
no. & seq.

¶ Sup. n. 15.

e Cap. eum
stante, de
appellat.

git, elicit sanguinem. *b* Quarto, quod multū interest inter peccatum, & occasionem peccandi; quippe non licet vnquam ad peccatum redire, ad occasionem autem licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. Quinto, quod non est opus credere nunquam in posterum se mortaliter peccaturos, per dictum Innocentij approbatum, & superius adductum. *c*

17 *Secunda* responsio, quæ ex prædicta definitione colligitur, est, quod rectè faciunt confessarij, absolueno multos adolentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarū in eadem domo: licet non proponant perpetuò abstinere ab occasione peccandi, quam id illis præbet, quamuis sapius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula; quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum, neq; huiusmodi, vt ferè semper faciat mortaliter peccare eos qui ea vtuntur: & consequenter proposita definitio occasionis propinque non conuenit illi.

18 *Tertia*, quod non potest absolui miles, qui vult redire ad bellum quod credit esse iniustum, neque qui vult redire ad suam Necromantiam, vel Superstitionem, aut exercitium vitiarum, aut cambiorum, vturiorum, aut contractuum iniustorum, & alia similia, quæ exerceri sine peccato mortali non possunt, iuxta mentem S. Thomæ. *d*

19 *Quarta* responsio, quod non possunt absolui concubinarij publici, iuxta Angelum: *e* neque etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus, iuxta Syluestrum, *f* quia est occasio, quæ in se est peccatum mortale ob scandalum quod scientibus præbet, vnde conuenit ei prima pars propositæ definitionis.

Quinta, quod regulariter non possunt absolui concubinarij, quamuis occulti, vt dicemus infra, *a* quia confessarius vel poenitens debet credere, quod nunquam, aut raro, si simul viuāt, omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere. Dixi *Regulariter*, quia rectè potest absolui concurrentibus quatuor prædictis, quæ sufficiunt, & sunt necessaria, vt confessarius & poenitens credant nunquam aut raro futurum relapsum, per rationes in secunda responsione adductas.

Sexta, quod non potuit absolui quadam concubina, nolens omittere occasionem & voluntatem visitandi suū concubinū egrotantem, & tenendi, aut porrigendi illi candelam in agone mortis, si sciebatur eius esse cōcubina, quia est occasio, quæ in se est peccatū ob scādālū quod datur, imo neq; si nesciebatur, nisi concurrant illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, *b* quæ cōcursum equidem non crederem interuenire, nisi illa conciperet propositum adhortandi eum saltem generatim, & sincere ad poenitentiam peccatorū præteritorū, vt eorum memoria per præsentiam renouata sit potius theriaca, quā aconitū. Nā tunc, quia celsaret ratio prohibitionis, celsaret quoque prohibitio. *c*

20 *Septima*,

20 *Septima*, quod
pitam, quæ hospiti-
cipit, habet rem
numquam in pos-
sibilitate cautione; quia
liam cautionem
tis quatuor, po-
& promissione, q-
lo non posset eu-
ret, ac promittere
cubiculo separato
mo poenitere, &
quam se amplius
21 *Octaua* responsio
gnate, ancillæ, ac
neis, dominis, vel
quatuor prædictis
quod nō possunt

Est tamen qua-
rū, absq; separata
currētibus prædic-
tia, & quarta vice
etiā septuagies se-
uimus multos, q-
cessariū argumen-
vel præteritā non
se, si essem confes-
vicibus præteriti-
fer: neq; si circū-
propensio earum
de poenitudine a
pararentur, nulla
absolutionem fa-
in primo gradu,
quā alia. & ant
stiano animo di-
negari sibi abso-
ter per Deum, v-
tur, alioqui se cō-
quia mihi videri
stea, quamuis n-
notabilis emen-
tionis futuræ,
vtendo pruden-
circumstantiarū
mum remedio
bonorum temp-

20 *Septima*, quod confessarius potest iuste absoluere illam hospitam, quæ hospites excipiens, quoties quemdam certum excipit, habet rem occulte cum illo: modo statuat, & polliceatur numquam in posterum se recepturam eum, etiam non data alia cautione, quia nullus est textus, neque ratio, quæ probet, aliam cautionem esse præstandam. Imo, concurrentibus prædictis quatuor, posset eam absoluere sine huiusmodi proposito & promissione, quando absque magno detrimento & scandalo non posset eum ab hospitio suo prohibere: modo proponeret, ac promitteret, nunquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo pœnitere, & iam confessam fuisse, proposuisseque nunquam se amplius cum eo peccaturam.

21 *Octava* responsio, quod possunt absolui sine separatione, cognatæ, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuerunt cū suis consanguineis, dominis, vel his in quorum domo degunt, concurrentibus quatuor prædictis: quorum quartum, scilicet causâ notabilis est quod nō possunt sine magno incommodo, & detrimento separari.

Est tamen quæstio notabilis, An possint absolui prædictæ iterum, absq; separatione, si reciderint. & videtur nobis posse concurrere prædictis quatuor. Et idem dicendum arbitror de tertia, & quarta vice: quia nō solum semel, aut bis, vel septies, sed etiã septuagies septies est parcendum, ^a & quia quotidie absolui multos, qui quorannis recidunt: quia recidere nō est necessarium argumentum, ad iudicandum pœnitentiam præsentem vel præteritã non fuisse, aut non esse veram. ^b Veruntamen ipse, si essem confessarius, non absoluere eas, si viderem, quod vicibus præteritis nulla emendatio, neq; inchoatio eius extitisset: neq; si circumstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & magna propensio earum ad peccandum, & diffidentia, quã habent illæ de pœnitentia alterius partis, mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla consequeretur emendatio. Et facilius negarem absolutionem famulæ quã cognatæ: & cognatæ, quæ non esset in primo gradu, quã ancillæ, quia facilius possunt separari aliæ, quã alia. & ante absolutionem præciperem eis, vt forti & Christiano animo dicerent personis, quibuscum degunt & peccant, negari sibi absolutionem, nisi separarentur, obsecrarentq; vehementer per Deum, vt incant rationem, qua honeste ab illis separarentur, alioqui se cōfessario obedituras; quō pacto absoluere eas: quia mihi viderentur satis quatuor prædicta concurrere, & possetea, quamuis non sequeretur separatio, si tamē consequeretur notabilis emendatio, eas iterum absoluere spe maioris correctionis futuræ, commendata re Iesu Christo Domino nostro, vtendo prudentia, & varia circumspectione, quæ ob varietatem circumstantiarum adhiberi deberet, propositio ante oculos primum remedio spirituali animarum, deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quantum fieri posset, & nonnumquam

^a Matt. 18.
Luc. 17. & c.
septies pan.
dit. 3.

^b Quod probat
Gratian.
dit. 3. de per
totam.

^a Cap. 26. au.
22.

utreret erga ancillam eo remedio nouo, quod ponimus infra.
22 *Nona* responsio, quod idem dicendū est de illo, qui occulte
rē, aut impudicos tactus habet cum aliqua consanguinea, aut
alia sibi amica in alia domo degente, scilicet eū absolui posse
sine proposito nunquam ingrediendi eam: quamuis adigerem
eum, ut proponeret, se nunquam solum cum illa sola sine ma-
xima causa in eadē camera versaturū: & ut admoneret eam, se
pœnitere peccati eū ea commissi, & confessum esse, rogaretq;
eam, ut idem faceret, persuasumque sibi haberet, frustra eam
cogitaturam se amplius rediturum ad illud peccatum, vel se
solum cum ea in aliqua secretiore parte conuersaturum.

23 *Decima*, iuste fuisse responsum cuidam aulico, qui adstans
de more curiæ Reginae mensē, adeo blāde cum quadam nobili
eidem mensā adstanti colloquebatur, ut non solum se oble-
ctaret sermone & cogitatione sordidis, sed etiam turpi se pol-
lutione interdum scēdaret. Fuit enim responsum, ipsum non
posse absolui, nisi statueret, numquam se in posterum sic con-
uersaturum cum ea, etiam si versaretur animo ducendi eā vxor-
em, & pares ad id essent: quoniam illa occasio est in se pecca-
tum mortale, & consequenter propinqua, quę necessario cui-
tari debet per primam definitionis partem.

24 *Quinimo addo*, non satis esse, ut proponat se cum illa in po-
sterum non sic versaturum: quia necesse est, ut proponat se non
versaturū, etiam alio modo ex se licito, de quo tamen crederet
suam imbecillitatem & amorem erga illam eiusmodi esse, qui
quasi semper eum induceret ad peccādum, quoties cum ea sic
versaretur. Id quod etiā est dicendum de puellis nobilibus, ad-
stantibus Reginae mensis, & de adolescentibus, & adolescen-
tulis nobiliū, & rusticiorū qui in aliquibus partibus conueniūt,
& mutuo sese miscent, & contingunt: & dum choreę ducuntur,
& alia spectacula fiunt, illi in illarum gremijs recūbunt, fingen-
tes id facere, quo illæ capita eorū vermiculis purgant: interdū
impudice se tangentes, & amplectentes, & facientes id genus
alia dignissima quæ à cōcionatoribus publice reprehēderetur.

Vndecima, quod possunt absolui, concurrentibus prædictis
quatuor, qui sunt in facie Ecclesiæ coniugati, & propter legiti-
mū aliquod occultum impedimentum non valent eorum ma-
trimonium, expectantque dispensationem, ut de nouo contra-
hant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum.^a

^a Per supra-
dicta n. 16.

25 *Duodecima*, quod etiam absolui potest ille, qui ob esum re-
rum calidarum incidit in adeo graues carnis tentationes, ut eū
aliquando impulerint ad consentiendū pollutioni vel fornica-
tioni, sine proposito nūquam in posterum sic edendi, concur-
rentibus quatuor prædictis. Imo credo, quod in hoc casu suffi-
ceret concursus trium priorū, quia occasio non est propinqua,
quippe quę non est in se peccatū mortale, neq; facit quasi sem-
per mortaliter peccare illos, qui ea utuntur: quod tamen intel-
ligendum

ligendum est de
nam si comede
consequenter e
26 *Decimatertia*
prædictis quatu
ream, vel ampli
nem, saepe pe
tem peccauit, a
quo etiā in casu
niam hæc occa
ex iis, quæ fere

Decimaquarta
dente clisteres
& de chirurgo
locis secretiori
nibus, & libidi

Decimaquinta
qui quoties au
& de peniten
confessario co
magna nota, p
rentibus quat
27 *Decimasex*
quæ ex eo, qu
vidit lauantes
aspectu pedum
rizomatum, at
quam optimu
non sequeretur

De potest

- 1 Confessarius
- 2 Sacerdos non
- 3 Sacerdos non
- 4 Sacerdos in a
- 5 Et quem ex
- 8 Confessarius
- 9 Confessarius
dicens f
- 11 Confessarius
- 12 Confessarius
posse stat
- 13 Confessarius

ligendum est de illo, qui non comedit sic in hunc malum finē: nam si comederet in eum, illud esset in peccatum mortale: & consequenter esset necesse statuere nunquam se illa vsurum.

26 *Decimatertia*, quod etiam potest absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui ob sermonem, vel confabulationē, choream, vel amplexū alterius, iuxta honestam patriæ consuetudinem, sæpe per delectationem morosam, & depravatā volūtatē peccauit, absq; proposito nunquam ea occasione vtendi: quo etiā in casu credo sufficere cōcursum trium priorū; quoniam hæc occasio nō est ex ijs, quæ sunt in se mortifere: neque ex ijs, quæ fere semper ad mortifere peccandum nos inducūt.

Decimaquarta responsio, quod idē est dicendum de viro fundente elsteres mulieribus, & de foemina eisdem fundente viris, & de chirurgo, & medico, qui medendis pulchris foeminis in locis secretioribus sæpe peccarunt, saltem morosis delectationibus, & libidinosis ac deprauatis voluntatibus.

Decimaquinta, quod idem item est dicendum de confessario, qui quoties audit confessionem certę cuiusdā personę, peccat; & de poenitente qui idem facit quoties confitetur certo cuidā confessario consueto, & non possunt commutare sine aliqua magna nota, poterūt etenim absolui sine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 *Decimasexta* responsio, quod idem est dicendū de persona quæ ex eo, quod ducat aliā manu, aut ducatur ab alia, vel quia vidit lauantes foeminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aspectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, brachiarum, perizomatium, aut aliorum eiusdem generis sæpe peccauit. Quāquam optimum esset cauere ab ijs omnibus, quando ex eo non sequeretur notabile damnum.

De potestate, scientia, & bonitate confessarij.

CAPVT IV.

- 1 Confessarius debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem.
- 2 Sacerdos non omnis potest audire confessiones, & n. 3.
- 3 Sacerdos non omnis habet iurisdictionem actualem.
- 4 Sacerdos in articulo mortis quoslibet absoluit.
- 5 Et quem extra illum, n. 6. & 7.
- 8 Confessarius quis perfectus, & quis sufficiens.
- 9 Confessarius audiens ex præcepto minori scientia indiget, quā audiens sponte, & n. 10.
- 11 Confessarius potest esse quis idoneus vni loco, & non aliq.
- 12 Confessarius non est sufficiens absque iusta scientia, & solvendi potestate.
- 13 Confessarius imperitus qui excusetur à culpa.